

facta, ut alienatio fieret in maritum: & cum in dubio versemur, estimatio que ad alium finem possit deseruire, sicut prenotatur num. 1. ex eo quod non fuit adhibita solemnitas, qua jure desideratur ad emptionem bonorum immobilium minoris, presumitur mens contrahentium non fuisse doteum estimatae constitutere, quanquam pretium rebus dotalibus designaretur: quia conjectura sufficit, ut venditio excludatur. Ita assertur supra, num. 8. Nec lex presumit actum vetitum, ubi alias legitimè geri potest, l. Merit. 51. Pro loco, l. Quoties 6. de reb. dub. observat cum aliis in specie Macfar. de probat. concl. 663, num. 10. Unde estimatio creditur intervenisse, non ut faciat emptionem prohibitam, sed ad dignoscendum rerum valorem (quod sine solemnitate licet) juxta legem si inter virum 22. C. de jur. dot. Cum ergo desiderare consensus ad emptionem presumatur, hic suppleri nequit per uxorem cipientem, ut sibi pretium dissoluto consuetudo persolvatur.

60 Quoties autem constaret, estimacionem fuisse peractam ut emprio contraheretur, tunc quidem obserabitur resolutio tradita num. 55. quod uxor probate incumbet, cum sit pro viro persensa presumptio. At si hic rebus in dotem datis uteretur ut estimatis, eas sine assensu conjugis alienans, ex modo utendi colligeretur emptionem celebrari contrahentibus placuisse; usus enim, & consuetudo ambiguous contractus interpretatur. August. Barbosa cum aliis in cap. Cum dilectus, n. 8. de consuetud.

Vers. Undecimò illud hoc.

61 Ut estimatio producat emptionem dotalium rerum, fieri debet simul in ipsa constitutione dotis, seu traditione, aut paulò post; aliquoquin si ex intervallo fiat, matrimonio constante, non censetur dos estimata, nec contracta venditio, quod obiter animadvertisti supra, n. 15. & ibi laudatis jungas Tuschi. lit. E, concl. 672, num. 43. Greg. Lop. in l. 18. gloss. 2. tit. 11. p. 4. Trentac. variar. lib. 3. tit. de jur. dot. resol. 1. n. 19. Gratian. disceptat. cap. 38. num. 31. August. Barbosa in collect. l. Quoties, num. 3. C. de jur. dot. Idque ampliat ex mente D. Covar. hic, quanquam expressè convenire, ut res ad emptionem estimarentur. Azevedo in l. 35. n. 12. tit. 18. lib. 9. Recop. Quan-

do fiat ex intervallo, in judicis est arbitrio. Fontan. claus. 5. gloss. 8. part. 13. num. 37.

Vers. Duodecimò, ne quem.

Licet res estimatae praesentes non existant, facit tamen emptionem estimatae constitutere, quanquam premium rebus dotalibus designaretur: quia conjectura sufficit, ut venditio excludatur. Ita assertur supra, num. 8. Nec lex presumit actum vetitum, ubi alias legitimè geri potest, l. Merit. 51. Pro loco, l. Quoties 6. de reb. dub. observat cum aliis in specie Macfar. de probat. concl. 663, num. 10. Unde estimatio creditur intervenisse, non ut faciat emptionem prohibitam, sed ad dignoscendum rerum valorem (quod sine solemnitate licet) juxta legem si inter virum 22. C. de jur. dot. Cum ergo desiderare consensus ad emptionem presumatur, hic suppleri nequit per uxorem cipientem, ut sibi pretium dissoluto consuetudo persolvatur.

62 Dominum non queritur emptori rei empti, perfecto contractu, nisi traditio subsequatur, l. Clavig. 74. de contr. empt. l. Si pater 8. C. de action. empt. l. Qui tibi 6. C. de bared. vel act. vend. l. Servum emptor 27. C. de rei vendicat. l. 46. tit. 28. p. 3. ex qua constat ad dominii translationem etiam premium per solendum, nisi alias sit vendori satisfactum per fidejussiones, vel signata, aut habita fides de pretio, l. Quod vendidi 19. l. Ut res 53. de contrahend. empt. §. Vendite, Inst. de emptione nec sat est vendori premium tradi, nisi pecunia fiat accipientis. l. Ex empto 11. in fin. princip. de act. empt. Greg. Lop. in l. 46. gloss. 2. Morz. de contract. tit. de emption. cap. de substant. empt. num. 8. Ant. Fab. in ration. ad l. Ex empto, ubi rationem reddit, cur vendori similiter non teneatur rem emptoris facere.

Ibi: Imo ipse censco.

Res estimatae in dotem concessis 64 non transferuntur in viti dominium, nisi traditione interveniente, l. 46. Partit. Ant. Gom. in l. 50. Tauri, num. 42. Fontanell. de part. nuptial. claus. 6. gloss. 1. p. 1. num. 2. Petr. Barbosa in l. De divisione, num. 1. vers. Inseritur etiam, solut. matrim.

SUMMARIUM.

1 Fiscus potest extorquere pecuniam per suum debitorem creditori posteriori solutam.

2 Amplia

23 Interpretatio legis finalis, §. Etsi prefatam, ver. Sin vero heredes, C. de jure delibet, & n. seqq.

24 Utrum hoc sit speciale in Fisco, vel commune cuiilibet anteriori creditori.

25 Quid si pro debitore Fisci alius solvet private creditori posteriori, num quiduscum pecuniam sic solutam valeat avocare.

26 Quid si privatus posterior creditor rem quam à debitore Fisci in solutum accepit, vendiderit, ipsaque apud emptorem perierit.

27 Ad interpretationem legis pecunia, C. de privil. Fisci, triplex quæstio ponitur.

28 Utrum presatum Fisci privilegium competat aliis creditoribus privilegiatis, & num. 8. & 10.

29 An creditor omnis hypothecarius revocet solutionem pecunie factam posteriori. Affirmativa multifariam limitatur, num. 13.

30 Pecunia quando censeatur bona fide consumpta, ut cessef solutionis revocatio, & num. 27.

31 Utrum inter chirographarios creditors avocatio pecunie solute concedatur ob privilegium, & n. 15.

32 Quæ de avocatione pecunie premittuntur, absque distinctione procedunt, siue posterior creditor sit ex causa onerosa, siue lucrativa.

33 Creditor ex causa lucrativa cogitur restituere antiquiori pecuniam a communis debitor acceptam, quatenus ex illa loquaciter reperitur.

34 Creditor posterior ex causa onerosa non astringitur ad restitutionem pecunie perceptæ à debitore, exigente anteriori creditore ex causa lucrativa.

35 Creditor, superato tertio possessori rei hypothecatae, potest petere ut res distrahatur, ut ex pretio sibi satisfiat, & quonodo index procedere debat.

36 Revocatio solutionis utrui, nihil referit an pecuniam queratur debitor quounque tempore, ante, vel post primam obligationem.

37 Donatio omnium bonorum an subsistat jure communis, & regio nostra.

38 Donans omnia bona sua presentias, & futura, constitutus se pro donatario poscidere, que postea ipse comparaverit, etiam quoad possessionem transfert in eum cui donavit.

CAPUT XXIX.

F iles potest avocare pecuniam per suum debitorem alii creditoris posteriori solutam. Alf. de offic. Fisc. gloss. 16. privil. 11. num. 153. Amat. quæst. forens. part. 2. resol. 51. num. 24. Gutier. Pratic. lib. 3. cap. 100. num. 2. Merlin. de pignor. lib. 4. quæst. 28. n. 23. Roderie. de ann. redit. lib. 2. q. 19. n. 23. Marescot. variar. lib. 2. cap. 36. num. 6. Flor. Diaz. variar. lib. 1. quæst. 6. n. 18. Gait. de credit. cap. 4. num. 130. Fontanell. de part. nuptial. claus. 5. gloss. 8. part. 7. num. 63. Peregrin. de jur. Fisc. lib. 6. cap. 6. n. 6. Petr. Barbosa in l. part. 6. n. 23. ff. solut. matrim. Trentacinq. variar. lib. 1. tit. de jur. fisc. resol. 7. num. 1. Parlad. quotid. lib. 2. cap. fin. part. 5. §. 3. n. 45. Bolanos commerc. terref. lib. 2. cap. 13. num. 10. Limitatur si ad peccatum gerit. Gait. num. 1310.

Quod ita verum est, quamvis posterior creditor pecuniam, quam percepit, bona fide consumperit, modo Fiscus ex bonis debitoris, quod sibi debetur, consequi non valeat, ut præfati observarunt: sed vi ordinaria agendum tenet Parlad. num. 46. de quo tamen consulendum Alf. supra, n. 55. cum seqq.

Hoc jus adimendi pecuniam posteriori creditori communiter inter fisci privilegia recensetur; sed non desunt qui inficiantur, opinati cuique anteriori creditori idem jure communi concessum. Petr. Barbosa num. 24. Merlin. ubi proximè, quod an verum, ex dicendis apparebit. Illud fisco competit adversus creditorem etiam ex causa onerosa, sicut inferius adnotabitur, nisi hic sit pariter privilegiatus, ut dos, quam eodem jure potissimum receptum habetur, de quo paulò post Merlin. n. 35. Gasp. Thesaur. quæst. forens. lib. 2. q. 16. num. 6. Gutier. n. 1. Gait. n. 1314.

Quaritur si quis pro amico, ne in vincula publica detuderetur, privato creditori pecuniam perfolverit, num possit fiscus vel alius privilegiatus potius tempore, aut jure, eam revocare? Et negativam sententiam amplectendam

esse placet, quia cum nunquam nummi sierent debitoris, in illis fiscalis hypotheca constitero nequivit: nec refert quod debitor nomine tradenter, quia non ex hoc illius sunt, argumentum legis *Singularia* 15. ibi: *Obligaris mihi, quanvis meos nummos non acceperis, ff. 15 cert. petat.* Ita tenet Thesaur. num. 5. licet Romæ alter decisum fateatur Merlin. num. 28. Gair. latissimum ex n. 1330. qui plures distinguunt casus.

Inde etiam similis casus venit decidens, cum scilicet posteriori privato creditoris res tradiuntur in solutum à debitore fisci, quam ille alienavit, ac deinceps penes tertium possessorem perdit ipsa; tunc siquidem agere nequit ad premium. Primo quoniam pecunia nunquam fuit debitoris. Secundò quia creditor commodum ex propria industria per negotiationem quæslit; nam si non venderet, jacturam patetur, nec fiscus utilitatem perciperet. Tertiò, nam si iste teneretur fisco, esset debitor quantitatis respectu certè speciei, quam tradens omnino liberatio continget: unde per rei interitum maneat ab obligatione solutus, sicut prænotatur supra, cap. proximo, n. 39.

Ad Num. 1.

6 Circa interpretationem legis *Pecunia 5. C. de privilegiis fiscis*, triplex à cunctis quæstiōnēs excitari solet. Prima, utrum alii creditoris privilegiati, ut dos, eodem jure ac Filius uti valent quoad pecuniae avocationem? Secunda, an eadem facultas avocandi tribuantur cuique hypothecario anteriori creditori? Tertia, num inter creditoris chirographarios privilegiato liceat à non privilegiato pecuniam solutam revocare? De quibus singulis differendum.

Vers. His etiam.

Quoad primum est omnium ferēt communis resolutio, privilegium fiscidoti, aliisque similiter privilegiatis competere. Merlin. num. 25. Petr. Barbosa num. 24. Trentacinq. n. 16. Guttier. num. 1. Marescot. num. 5. Fontanell. n. 64. Turch. lit. C. concl. 1066. num. 4. Parlad. num. 46. Amat. num. 14. Cancer. variar. part. 2. cap. 6. num. 178. Gait. n. 1312. cum segg. Quæ conclusio obtinebit etiam nisi anteriori creditori pecunia sit soluta;

nam creditor posterior, qui concursu ex privilegio præferetur, poterit pecuniam avocare, ac si penes debitorem persistet; nihil enim interest an ex tempore, velex privilegio potior creditori jure habeatur. Præterea, ut prouper de fisco prædixi, pecunia avocari potest à manibus creditoris ex causa onerosa. Sed de precedentibus ampliatione alii cogitent, quam apud nullum inventiles distinguit casus.

Verum Flores Diaz d. quæst. 6. num. 18. propositum se opinionem hujusmodi prodote, & similibus neutinquam in praxi admissorum contra pauperem, nec adversus divitem, qui ex solutione locupletior factus non repertitur, que D. Covar. autoritate iuri possunt, & æquitate. Et quoad divitem videtur iuri consonum, ut si constiterit pecuniam amissam fuisse cau, veluti naufragio, incendio, aut latronum incurso, avocatione nullus sit locus, tanquam si ita species periret: quod multò magis in egeno observandum, etiam in fiscom.

Quæ de fisco tradidimus, etiam his, privilegiatis convenient, qui eodem iure quoad avocationem pecunia contentur.

Vers. Nihilominus vidi.

Granatense Prætorium juxta comitum pronunciavit, de qua sopra, num. 7. eti D. Covar. contra sentiat, quem sequitur practicus Bolaños *commerc. terref.* lib. 2. cap. 13. num. 10. & admisit cum distinctione Flores Diaz laudatus num. 8. nec in puncto juris carcer probabilitate, ex notatis per me *Varia*. lib. 1. cap. 16. ex num. 11. & per Guttier. alias pro hac sententia referantem d. quæst. 100. num. 7.

Ad Num. 2.

Accedit secunda quæstio satis discussa, utrum scilicet creditor hypothecarius anterior, omni privilegio catens, valeat avocate pecuniam posterioris solutam: de quo Amat. question. forens. resol. 51. num. 8. 9. & 18. Merlin. de pugor. lib. 4. quæst. 28. num. 10. 15. & 21. Trentacinq. variar. lib. 1. tit. de jur. fisc. resol. 7. num. 18. Fontan. de palt. nuptial. clau. 5. gloss. 8. part. 6. num. 32. Guttier. Practic. lib. 3. quæst. 100. ex num. 5. Marescot. variar. lib. 2. cap. 36. à princip. Flor. Diaz Practic. lib. 1. quæst. 6. num. 9. & 10. Petr.

Petr. Barbosa in l. 1. part. 6. n. 24. ff. solut. matrim. Gasp. Thesaur. quæst. forens. lib. 2. quæst. 16. num. 7. Felician. de censib. lib. 3. cap. 5. num. 17. Valenzuel. conf. 64. Gait. de credit. à num. 1299. Ex quibus, & alis penè innumeris, quos referunt, resolvendum quod prior creditor hypothecarius avocat pecuniam extantem apud posteriorem actione hypothecaria; sed si mala fide fuerit consumpta, condicione. Quoties verò pecuniam secundus creditor bona fide accepit, ac consumpsit, tutus erit. Hæc in praxi recepta, & communiter sunt approbata ex æquitate potius, quam rigore, juxta quem etiam consumptam pecuniam bona fide, avocari per anteriorem creditoris posse tenuunt Fachin. controversiar. lib. 12. cap. 53. Merlin. num. 16. Strach. tract. de decolorib. part. ult. à num. 27. Uffill. ad Affl. decif. 190. n. 5. Merlin. num. 34. Amat. num. 1. Nec mala fides nec creditor, licet aliud sit in hypotheca. Flores Diaz num. 3. Molin. de just. & iur. tract. 2. disp. 536. à num. 42.

12 Quando pecunia extare censeatur, tradit fūse Fontanell. d. gloss. 8. part. 7. à num. 4. & ex num. 21. quando bona, vel mala fide intelligatur consumpta, de quibus eriam Gait. num. 13. 17. cum segg. Amat. num. 11. Onus probandi existentiam pecunie penes creditorum, aut malam fidem, incumbit agenti seu sui intentionis fundamentum, l. *Frustra* 8. l. *Act. 23. C. de probat.* Gait. n. 1323.

13 Conclusio communis multipliciter venit declaranda. Primo, creditor primus non avocat pecuniam etiam extantem à secundo, cum iste sit ex privilegiatis, unde prior tempore cum expresa hypothece, licet præferatur dotti in concurredi, nequibit tamen solutionem mulieri factam revocare, quanvis existat apud creditricem. Merlin. num. 37. Merlin. d. quæst. 28. num. 24. Trentacinq. lib. 1. tit. de jur. fisc. resol. 7. num. 8. Caro. decif. 109. num. 45. Petr. Batbofa ubi proximè, Gait. num. 1308. Quanvis alii non pauci inter causam utramque disinxerint, ut videtur licet apud Amat. d. resol. 5. num. 21. Vide infra num. 18.

14 Animadvertere oportet, quod si secundus creditor ex causa lucrativa pecuniam bona fide percepit, ac consumpsit, nihilominus quantitatem reddere constringetur anteriori. Gait. num. 371. Fontanell. cum multis part. 7. num. 54. Flor. Diaz. num. 12. Trentacinq. lib. 3. tit. de solut. resol. 12. num. 7. quod verum est, si ex pecunia percepta creditor secundus locupletior factus repertetur,

Ibi: *Habet locum in priore creditore.*

Tertia hæc attingitur quæstio de avocatione pecunia soluta inter personales credidores, in quibus tametsi non tributatur prælatio ex tempore, ex privilegio causa competit. Et licet nonnulli sentiant, privilegium valere pecuniam avocare non privilegiato persolutam, ut Greg. Lop. in l. 1. gloss. 2. tit. 14. p. 5. Flor. Diaz num. 7. & Petr. Barbosa in d. l. 1. part. 6. n. 21. contrarium tamen communiter places, sicut pluribus laudatis probant Gail. lib. 2. observat. 25. num. 15. Guttier. n. 3. Trentacinq. sup. lib. 3. tit. de solution. resol. 23. n. 11. Seſse decif. 206. n. 49. Fontan. d. gloss. 8. part. 6. num. 28. Costa de portion. rat. quæst. 74. num. 4. Gait. d. cap. 4. num. 204. Merlin. num. 34. Amat. num. 1. Nec mala fides nec creditor, licet aliud sit in hypotheca. Flores Diaz num. 3. Molin. de just. & iur. tract. 2. disp. 536. à num. 42.

Sed si personalis creditor violenter exegit, aut per gratificationem, tenebitur pecuniam ceteris communicare. Idem erit si à decolorre percipiat, vel in actione tributoria, quod respectu alicujus negotiationis plures credidores existunt. Flores Diaz. 4. & 5. Trentacinq. ubi proximè.

Ad Num. 3.

Hucusque tradita de avocatione pecunia per anteriores credidores, sunt sine distinctione accipienda, sive posterior, qui exegit, creditor sit ex causa onerosa, sive ex lucrativa. Guttier. num. 4. Fontanell. d. gloss. 8. part. 7. n. 65. Merlin. d. quæst. 28. num. 24. Trentacinq. lib. 1. tit. de jur. fisc. resol. 7. num. 8. Caro. decif. 109. num. 45. Petr. Batbofa ubi proximè, Gait. num. 1308. Quanvis alii non pauci inter causam utramque disinxerint, ut videtur licet apud Amat. d. resol. 5. num. 21. Vide infra num. 18.

15 Anmadvertere oportet, quod si secundus creditor ex causa lucrativa pecuniam bona fide percepit, ac consumpsit, nihilominus quantitatem reddere constringetur anteriori. Gait. num. 371. Fontanell. cum multis part. 7. num. 54. Flor. Diaz. num. 12. Trentacinq. lib. 3. tit. de solut. resol. 12. num. 7. quod verum est, si ex pecunia percepta creditor secundus locupletior factus repertetur,

tur, ut advertit Gatus. Si prior agat ex onerosa causa, vel lucrativa, non distinguuntur.

- 18 Rursus si recentior creditor ex causa onerosa pecuniam à debitor recipiat, & ipsa apud illum extet, non avocabitur per antiquorem ex causa lucrativa: tunc propter summam æquitatis rationem, quæ in hujusmodi casu perpenditur: tunc quia est communis opinio, quam habita disputatione, pro virtibus tueretur cum plurimis Carleval. de judic. disp. 30. per tot. secundum quam creditor posterior ex causa onerosa preferatur anteriori ex lucrativa: eaque admissa sententia, nulla de avocatione pecunia quællio esse potest, cùm ille tantum revocare solutionem permittatur, qui in concurso preferetur ei, cui solutum est, ut patet ex præmissis. Et cùm creditor agens posterior ex causa onerosa pecuniam sibi debitam ante priorem ex lucrativa percipiat, eam jure refinere permittitur, cùm faciliter retentio quæm persequitum concedatur, Per retentionem 4. C. de usur. Tuscl. lib. 1. consil. 306. num. 2. Surd. de alimento. tit. 8. privil. 28. num. 3. Aug. Barbosa axiom. 9. n. 11.

Vers. Ceterum quando.

- 19 Creditor revocans hypothecariam, aut Salviano interdicto pignus à tertio possesse, poterit impetrare, ut res obligata distrahatur ad sui crediti satisfactionem, & ita iudex jubet possessori intimari, ut intra præsumptum à se tempus pecuniam exhibeat debitam sub confirmatione subhaftationis rei, quo clapo, illoque non offert, præceptum exequitur, ac creditori ex pretio fit satis. Hæc eadem extant apud D. Covar. latè agentem Variar. lib. 3. cap. 18. n. 4. ubi & nos aliqua adjecimus. Conclusas Gait. de credit. cap. 4. ex num. 794. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 5. num. 8. Bolanos commerc. terrest. lib. 2. cap. 13. in fin. Merlin. de pignor. lib. 4. quæst. 96. num. 94. & lib. 5. quæst. 77. num. 11. & 12. ubi hanc proximam in Curia Romana observari testatur: sed creditor probare debet, ut ad pignoris distractionem deriventur, quod ex illius fructibus intra decennium sibi plenè satisficeri non potest. Molin. de iust. & jur. tract. 2. disp. 538. num. 14.

Quoad revocationem solutionis factæ posteriori creditori nihil referre, an illam debitor acquisierit, postquam cum priore contraxit, vel antea. Trentac. variar. lib. 1. tit. de iur. ffc. refol. 7. in fin. nam quicquid debitor adquirit post contractam generalem hypothecam, obligationi subiectur, cùm illa nedum præsentia, sed etiam futura bona afficer non ambigatur. Merlin. sup. lib. 1. quæst. 11. num. 14. Greg. Lop. in l. 5. gloss. 5. tit. 13. p. 5. Fontanell. de part. nuptial. claus. 7. gloss. 2. part. 1. num. 43. Gait. sup. d. cap. 4. num. 58. Mantic. de tacit. convenerit. lib. 11. tit. 4. Molin. de iust. & jur. tract. 2. disp. 528. num. 6. Pacific. de Salvian. interd. inspect. 3. cap. 7. num. 3. quod usque in tacita procedit hypotheca, Mantic. Gait. & alii. Et cùm pecunia, sicut cætera bona, veniat in generali hypotheca, Merlin. lib. 2. quæst. 48. num. 1. ubi plures, ac ex aliis prænotavimus variar. lib. 2. cap. 5. num. 9. creditor anterior ius hypothecæ acquirit in pecunia, que in dominium sui debitoris quovis tempore pervenerit, donec sibi non persolvitur.

Ibi: Cujus rei extat exemplum.

Donatio bonorum omnium præsumtum, & futurorum regulariter nullo iure communi, aut Regio subsistit: & licet illo præsumptum donatio permittatur, hoc tamen nostro prohibetur, l. 8. tit. 10. lib. 5. Recopilat. ubi Matienz, & Azeved. Ant. Gom. in l. 69. Tauri, & latissimè Hermof. in l. 9. gloss. 1. tit. 5. p. 5. ubi à num. 9. pluribus laudatis, casus recenset quibus ea donatio de jure sufficiet, de quo & nos in addit. variar. lib. 3. cap. 12. Sed etiæ valeat, donans omnia bona sua non intelligitur futura comprehendere, ut ex pluribus probat Menoch. cens. 496. n. 115. vers. Respondetur primo. Et generaliter in quacunque alienatione idem censet Tiraquel. de iur. conflict. amplia. 32. num. 19.

Si quis omnia bona sua donaverit præsentia, & futura, jure permittente, constitutus se pro donatario possidere, quicquid postea quæstet, transferet quoad possessionem in eum, cuius nomine possidet. Tiraquel. d. amplia. 32. per tot. quem perlegere oportet: est enim res valde controversa, quam ipse sedulus examinat, ac enucleat.

Meminit

- 23 Meminit D. Covar. sup. num. 1. vers. Hū etiam, legis finalis, §. Et si præstatam, vers. Sim vero heredes, C. de iur. deliber. qua videtur probari, quod si prior creditor egerit contra posteriorē, qui debitam sibi pecuniam, exiget, poterit eam etiam consumptam avocare, quod opponitur conclusioni traditæ sup. n. 11. cui noster Præses satisfaciens ait, procedere eam constitutionem in herede, qui confecto inventatio adivit, ac judiciali præcepto compulsius creditoribus solvit hereditari posterioribus à quibus anteriores supervenientes, si bona defuncti non sufficiant, pecuniam etiam consumptam conditione avocabunt. Huic interpretationi assentiuntur Guttier. Practic. lib. 3. quæst. 100. num. 14. Fontan. sup. claus. 5. gloss. 8. p. 7. num. 59. Sed eam rejecunt alias tradentes Flor. Diaz. variar. lib. 1. quæst. 6. num. 13. & 21. Petr. Barbosa in l. 1. part. 6. num. 24. ff. fol. matrim.

- 24 Verum ranti Magistri venia, præfatus intellectus nimis restringit generalitatem decisionis, absque eo quod ex litera id colligi possit, atque ita indistinctè eam Interpretes accipiunt, five coactus, five ultroneus hæres persolvit. Gregor. Lop. in l. 7. gloss. 9. tit. 6. p. 6. Molin. de iust. & jur. tract. 2. disp. 216. num. 7. & alii communiter. Ad hæc quod ad pecunia avocationem nihil intereat, quod debitor ex præcepto, vel ex voluntate persolvat, quod extra controvèrsiam existit. Adde Flor. Diaz. n. 16. Gait. sup. cap. 4. num. 1352.

- 25 Unde cogitabam ego, Justiniani constitutionum speciali ratione niti, quia hereditas solvendo non erat, & hæres beneficio inventarii se ab oneribus hereditarii præservavit; tunc liquidem debitorem morientem decoxisse constat, ac per obitum quasi bonis cessisse intelligitur, ut per successorem suum ordinem creditoribus satisfiat, sublata spe melioris fortuna, cùm mors omnia solvat. Hinc provenit, ut creditor anterior repetat pecuniam, vel consumptam, à posteriori; quoniam hoc regulare est in omni decoctore, qui inverso ordine ex alienum persolvit, sicut cum communi observavimus supra, num. 13. Et quamquam hæres, qui solvit, non sit decoctor, non pro se, sed pro defuncto satisfacit, ultra cujus hereditatis vires non tenetur, cùm per inventarium ab illa proprium patrimonium separaverit, nisi quid in distributione dolo commiserit,

D. de Faria Covar. Enncl.

postiores creditores anterioribus præferens, prout Greg. Lop. & Molin. advertunt ubi proxime.

Utrum in foro conscientie peccent, & ad restitutionem astringantur creditor, ac debitor, ubi in solutione prælationis ordo non servatur, docent Guttier. sup. n. 16. vers. Quod si debitor, Molin. d. tract. 2. disp. 536. n. 46. Flor. Diaz d. quæst. 6. §. 2. per tot.

Pro complemento addere oportet ad 27 præmissa num. 11. quod pecunia soluta posteriori creditori, consumpta censemtur per commixtionem cum alia recipientis, ac proinde vix evenire poterit, ut prior creditor à posteriori avocet. Ita observat ex pluribus Fontanell. d. claus. 5. gloss. 8. p. 7. num. 5. & 6. & confusio pecunia ex receptione præsumitur, nisi separata apparcat manifestè, ut in calu quem refertidem part. 6. num. 37. nam fuit inventa pecunia in sacculo cum fehedula exprimente nomen ejus qui solverat. Quod ita verum est, ut si apud argenteum, seu banchum pecunia soluta deponatur, consumpta præsumi debeat, ut prior creditor excludatur, de quo latè differit Fontanell. part. 7. ex num. 6.

SUMMARIUM.

1. Colono, sterilitate superveniente, remissione pensionis integrè, vel pro parte conceditur.

2. Utrum ex contrario augentur pensio ob insolitam fructuum copiam.

3. Sterilitas unius annicium fertilitate alterius compensatur.

4. Declaratur hoc.

5. Remissio est locus, eti fructus pereant jam collecti, antequam reponantur ubi servari solent.

6. Quanta sufficiat sterilitas, ut remittere pensionem dominus, qui locat, teneatur, late discutitur, & num. seqq.

8. Probata sterilitate, iudex arbitrabitur, an totamercies, vel quanta pars ejus remitti debeat.

13 In dubio mercedis remissio non facile concedenda.

14 Expenditus lex 23. tit. 8. p. 5. ac intelligitur, & num. seqq.

18 Qua ex parte pensio minni debeat, de jure communi judicis definitur arbitrio.

19 Inquiritur quanta debeat esse frumentum

i. etnum

250 D.D. Covar. in Practicis Quæst.

- Etiam penuria, ut locus sit Regie constitutioni in d. l. 13. Partit. & num. 20.
- 21 Colonus propter sterilitatem non iuvatur constitutione legis 2. C. de res. vendit.
- 22 Colonus usuras beneficio Regia legis tenet locatorem monere, ut adficiat fructum perceptioni.
- 23 In Granateni Cancellaria non semper observari solet prefata lex Regia.
- 24 Ubi culpa etiam levissima coloni occasionem prescit sterilitati, cessat mercedis remissio.
- 25 De remissenda pensione ob sterilitatem qui late egerunt.
- 26 Quoties rei locate usus impeditur, nulla interveniente conductoris culpa, merces non debetur.
- 27 Si usus non omnino impeditur, sed restrixi contigerit, pensionis remissio pro parte est facienda.
- 28 Causam impedientem rei usum si conductor tempore contractus agnoscit, mercedem integrum exsolvere sentitur.
- 29 Qui ex justa causa domum deseruit locatum, num impedimento cessante, cogatur ad eam redire, aut mercedem pro residuo tempore exhibere.
- 30 Licit domino, qui adem locavit, inquinilum ante tempus locationis finitum expellere, si ea indigerit ob supervenientem occasionem.
- Quid è contra, si inquinilus comode, aut omnino adem habitate non possit, an derelinquere ipsum licet, pensione non soluta, ibid.
- 31 Virum dominus famulum ejicere, aut famulus à domino discedere, ante tempus conventum ex superveniente causa posse.

CAPUT XXX.

1 Colonus propter sterilitatem absque eius culpa contingente à mercede solutione proportionaliter relevatur. Greg. Lop. in l. 22. gloss. 1. & 2. tit. 8. p. 5. Ant. Gom. Variar. lib. 2. cap. 3. num. 18. Molin. de just. & iur. tract. 2. disp. 495. num. 1. Donell. lib. 13. cap. 7. ubi Osvald. lit. A. Caroc. de locat. part. 4. tit. de remiss. merced. quæst. 1. num. 1. Petr. Greg. Syntagma. lib. 27. cap. 1. n. 23. Tusch. lit. C. concil. 615. à princ. Cuiac. in l. Ceri iuris, C. de locat. Morla Empor. Jur. sit. de locat. quæst. 1. n. 6. Amaya obseruat. lib. 3. cap. 3. disp. 495.

Enucleatus, & auctus. Cap. XXIX. 251

disp. 495. num. 16. Bossius ex n. 24. Morl.

num. 18. Caroc. n. 46. Joan. Gar. de expens. cap. 14. num. 9. Petr. Greg. ubi sup. Amaya in l. unic. num. 42. C. de collation. donator. lib. 10. Petr. Barbosa num. 6. Ant. Gom. sup. Et sterilitas unius fructus cum abundantia alterius compensatur. Greg. Lop. in l. 22. gloss. 8. tit. 8. p. 5.

4 Hoc ita verum, si idem contractus persistat etiam per prorogationem tacitam, vel expressam; alioquin si diversus celebretur, vel inter easdem personas, ac eodem pretio, fertilitas unius temporis minime cum sterilitate alterius compensatur. Molin. ubi prox. Valasc. de jur. emphyteut. quæst. 27. num. 46. Gregor. Lop. d. gloss. 2. Morl. ubi proxim.

5 Pensionis remissio fieri debet, eti fructus per eam solo separati, antequam suo loco reponantur, ut triticum in horreto, vinum in cella vinaria, foenum in fœnili. Caroc. latè num. 22. Ant. Gom. sup. Molin. num. 15. Bossius num. 90.

Ad Num. 1.

6 Quæritur quando censeatur sterilitas intervenisse, ut remissione sit locus? Quidam opinantur, standum vulgi opinioni, quæ annus sterilitas reputatur. Refert Greg. Lop. in l. 22. gloss. 9. tit. 8. part. 5. Menoch. de arbitrar. cas. 76. n. 2. vers. Quinta sit, Bossius sup. tit. de remiss. merced. num. 2. & 10. Mafcard. de probat. concil. 1334. num. 3. Cevall. comm. cont. comm. quæst. 57. num. 2. Valasc. dict. 9. 27. num. 24. Caroc. sup. q. 1. num. 18. Molin. d. disp. 495. n. 3. Quando hujusmodi probatio proficiat, vide Valasc. & Mafcard. num. 8. vers. Prima autem, qui n. 11. subdit quod si generaliter sterilitas aliquis oppidi probetur, dominus fundi succumber, ut pensionem remittat, nisi docuerit, suum fundum consuetos fructus reddidisse.

Vers. Aliis placet.

7 Aliis est communis opinio, ut judicis definitus arbitrio, an sterilitas sit, ut colonus pensione exoneretur. Molin. ubi proximè, Mafcard. n. 8. Caroc. n. 19. Bossius num. 12. Menoch. num. 3. Cevall. num. 6. Morl. n. 10. Quia iudex perpendere oporteat, ut æquæ arbitretur, tradit Bossius num. 14.

D. de Faria Covar. Encl.

Ibi: Nisi prius per probationes.

Ut iudex decernat, utrum colonus ob penuriam perceptorum fructuum à mercede onere eximatur, prius per legitimas probationes de sterilitate constare debet, cujus arbitrium in eo versatur, ut tota merces, aut pars sit remittenda, juxta opiniones, de quibus hic agitur. Cevall. num. 9. Molin. num. 3. Seraphin. de privileg. iuram. privil. 87. num. 88. Menoch. n. 4. Caroc. d. q. 1. in fin. Morl. num. 12.

Vers. Est etenim.

Quibusdam placuit, ad effectum remissionis sufficere sterilitatem, qua colonus caret tertia parte fructuum, qui ex fundo quotannis percipi solent: cuius sententia, eti communiter reprobatur, membrinunt Menoch. num. 2. Caroc. num. 1. Cevall. num. 6. & alii, quos refert Aug. Barbosa collect. d. Licet. n. 12.

Vers. Quamobrem proprius.

Plures sentiunt, mercedem pro rata remittendam, quoties colonus, illa integrè soluta, ultra dimidiam iudeceretur, velut si habita ratione expensatum, ac fructum, novem superesset, & dominus fundi ex eo anno viginti pro mercede deberentur. Gregor. Lop. in l. 22. gloss. 8. tit. 9. p. 5. Ant. Gom. & Morl. ubi proximè, Petr. Gregor. Syntagma. lib. 27. cap. 1. num. 23. Molin. n. 5. Caroc. n. 4. Menoch. num. 2. vers. Tertia sit. Bossius num. 4. Mafcard. n. 5. Ant. Fab. sup. & alii apud Barbosam ubi pronups.

Vers. Sed & hoc sterilitas.

Est & alia opinio, quæ habet, mercedem pro rata minuendam, quoties colonus nec dimidiam partem fructuum colligit, qui percipi regulariter solebant. Gregor. Lop. in d. 22. gloss. 8. Molin. num. 4. Morl. d. tit. de locat. q. 1. num. 12. Cevall. sup. q. 57. n. 5. Mafcard. num. 6. Bossius num. 2. præter alios, quos apud Barbosam ubi sup.

Vers. Bartolus vero.

Adjicunt alia sententia Bartoli, qui 12 docuit, tunc colorum à pensione exim.

ii men

mendum, cùm deductis expensis, nihil ultra ex fructibus lucrat: de eamemorantur Menoch. num. 2. vers. Quartafall, Cevall. num. 1. Caroc. num. 17. Gregor. Lop. in d. l. 22. gloss. 9. Ant. Gom. d. cap. 3. num. 18. Mafcard. n. 4. Ant. Fab. sup. & alii, quos recenset Barbosa in d. collect. num. 12. Quam opinionem impugnant post D. Covar. Menoch. Cevall. & Caroc. qui ait Bartolum sententiam mutavisse.

13 Hic animadvertisendum, quod in dubiis non oportet judicem facile remissionem mercedis concedere, sepe enim evenit, ut sterilitas plus lucri agricolis conferat, quam ubertas, maximè non egenis, propter exorbitans pretium, quod penuria fructuum constituit, quam colonis solet esse proficia potius, quam damno, ut aliud agens observat Molin. d. disp. 495. in fin. Hæc verum habent, si communis existat in regione fructuum egestas, propter quam pretium eorum apud omnes increvit; non autem si ex accidenti colonus pluris vendidit, fortè quia in tempore penuria triticum, aut oleum setivavit; hoc enim non ex qualitate, aut sterilitate fructuum, sed ex propria industria, & non absque periculo corruptionis quæsivit. Est tamen obfervandum, quod ubi nulla contingit sterilitas, pretii exiguitas non attenditur ad remissionem mercedis. Molin. num. 5. sicut nec augmentum, ut pensionis nomine plus debeatur. Molin. num. 23. ad fin. & omnes communiter. Eadem judicem inspicere convenit, cùm de augenda mercede contentetur ob nimiam feracitatem, secundum prænotariū num. 2. nam si ea sit in pecunia solvenda, & fructus ob copiam, sicut cætera omnia, vilescant ita, ut valide exiguo pretio distrahantur, aut vix emptorem inveniant, cùm colonus ex ubertate nullum in re commodum sentiat, nisi quod ex consuetis fructibus perciperet, æquum non erit, ut amplior rem tribuat locatori mercedem: quæ omnia æquitat, ac bona fide in maximè concreta videntur. Adde Fab. in ration. l. Si merces, Vis major, ff. locat.

Ad Num. 2.

14 Pro interpretatione Constitutionis Regiae in l. 23. tit. 6. part. 5. confulas Greg. Lop. ibi, Molin. d. disp. 495. num. 8. Cevall. comm. cont. com. q. 57. num. 6. Morl. Empor. Jur. tit. de locat. quest. 1. num. 12.

vers. Neque obstat, Olan. antin. jur. lit. 8, num. 28. Joan. Garf. de expens. cap. 14. n. 9. Illa statuit regula, ut si colonus nullus fructus perceperit, omnino à pensionis præstatione liberetur: quod si aliquos, sterilitate contingente, ipse eligat aut eos retinere, integra mercede exoluta, aut deductis expensis, ipsos tradens locatori nihil pensionis nomine presteret.

Ex qua decisione duo inferuntur. **15** Primo, quod pensio pro rata deberi non potest. Secundo, quod si colonus ex fructibus nihil ultra expensas colligerit, ad nihil locatori tenetur, approbata opinione Bartoli, de qua suprà, num. 14. Hæc accipias de sterilitate, ut suprà, num. 1. in fin.

Vers. Ex quapalam probatur.

Regia lex sterilitatem supponit, quam probati oportet, ut prænotariū suprà, num. 8. alii si colonus in danno versetur propter fructuum vile pretium, vel qui vinum acuit, aut frumentum culicinibus infectum est, non erit elecio colono, cùm non proveniat ex sterilitate, nec illis causis remissio mercedis concedatur. Ant. Gom. variar. lib. 2. cap. 3. n. 18. Molin. de juf. & jur. tract. 2. disp. 495. num. 5. & 15. Caroc. de locat. tit. de remiss. merced. quest. 8. n. 65. & alii ex jam laudatis; nam requiritur inconsueta calamitas.

Desideratur etiam ad legis regie præxim, ne sterilitas culpæ conductoris contingat, quo casu nullus est remissio loci, cap. Propter sterilitatem 3. de locat. Molin. num. 13. Surd. decis. 37. & num. 3. Valafc. de jur. empheynt. quest. 27. num. 39. Aug. Barbosa collect. d. cap. Propter sterilitatem, num. 4. quod procedit eti calitus fortuitus culpæ conductoris superveniat.

Ibi: Jure tamen communi.

Quomodo fiat computatio de jure 18 communi, cùm merces est pro rata minima, tradit Menoch. de arbitr. causa 77. quod arbitrio judicantis decernendum verius videtur.

Vers. Illud enim vero est animadvertisendum.

Querit Gregor. Lop. in d. l. 23. gloss. 8. **19** quanta fructuum sterilitas desideretur,

ut

ut colono elecio competat. Et ultra dimidiā damnum requiri docet, veluti si ex fundo centum annua percipi soleant, & nec quinquaginta colligantur: quod probat de jure communi. Bosius in præxi, tit. de remissione remed. conduct. num. 8. & est opinio recepta satis, de qua suprà, num. 11.

20 Verumtamen ea resolutio, per quam lex nostra nimis restrinxit, dubia redditur, quatenus colonum ab auxilio remissionis, seu electionis excludit, licet pro dimidiā fructuum jacturam sustineat; nam hoc in contractu jura postulant damnum intolerabile, nec quantum definitum, unde id judicis arbitrio relinquï opus est, ut ex pluribus præmititur suprà, num. 7. quod ita coarctari non debet, ut non licet astimare intolerabile damnum, quod intra dimidiā contingit, maximè cum versemur in questione ex bono, & æquo decidenda; etenim si ex fundo, qui octoginta reddere solet, triginta novem consequatur, erit locus dictæ legis Regiae dispositioni, ac remissioni, ut Greg. Lop. & communis placet: quod si quadragesima colonus perceperit, ei auxilium denegatur. Sed cur in tam exigua quantitatis differentia adeo diversa juris dispositio? Nam si damnum intolerabile puratur, perceptis tantum triginta novem, non fieri tolerabile per unius fæcæ adjectionem. Hæc quidem æquitati minime convenient. Nec obstat lex 2. C. de res. vendit. quæ ad nostram controversiam non pertinet, ut cum D. Covar. & alii adnotabitur inferius, num. seq. nam etiæ ex illa recte deducatur ad remissionem pensionis requiri damnum intolerabile, quod ultra dimidiā sentitur, quando quidem sufficit ad contractus rescissionem; non inde infertur, quod in omni materia intra dimidiā latio ita sit tolerabilis, ut resarciri non debeat; hoc etenim specialiter definitum est ob publicam utilitatem commercii, ac frequentiam ejusmodi contractus, ne judicibus pro arbitrio ad distinctionem procedere licet: at in re de qua agitur, nihil certum cautum habetur, sed verbis generalibus lex postulat, ut damnum intolerabile colonus patiatur: nec sunt ligata manus judicum, sicut in venditionis contractu, in quo iniquitat pariter ob majus malum, scilicet litium, vitandum, de quo dixi Variar. lib. 2. cap. 3. num. 13. Ex quibus deducitur, ut

Remedium legis 2. C. de res. vendit. **21** non competit colono agenti ad remissionem pensionis ob sterilitatem. Pinel. in d. l. 2. part. 1. cap. 3. n. 33. Molin. supra, num. 6. Valafc. num. 24. Morl. d. quæst. 1. num. 12. vers. Neque obstat.

Vers. Sed colonus is.

Colonus qui utitur beneficio electio-**22** nis ex dicta lege 23. Partit. debet præmonere locatorem, ut adiustat fructuum collectioni; sed licet id omiserit, non excludetur a legi auxilio, modò conster de perceptorum fructuum ac expensarum quantitate. Molin. num. 8. qui in Lusitania de consuetudine servari testatur num. 11.

Vers. Vidi tamen.

In Granatensi Prætorio à forma legis 23. Regie recepsum esse, taliis est noster Præses propter probationum ambiguitatem, iussumque per superiores judices pro arbitrio pensionem pro parte remitti. Referunt Molin. num. 9. Morl. & Valafc. ubi proximè: at Molina latè differens, eam præmix damnat acriter.

Vers. His tamen omnibus.

Omittendum non est, quod ubi culpa etiam levissima coloni casui fortuito præstite occasionem, ex quo sterilitas provenit, elecio, vel remissio penitus denegabitur. Morl. ex n. 13. Vide Molin. num. 13. Præterea si calamites, ex quibus subsecutur sterilitas, in regione frequentes non sint, colonus à pensione non excusat; l. Ex conduto 16. S. 1. vers. Sed etiæ tabes, ff. locat. l. 22. tit. 8. p. 5. ubi Greg. Lop. gloss. 3. Pinell. sup. n. 30. Valafc. num. 34. Caroc. d. g. 8. num. 1. Morl. num. 20. vers. Secundo limi-**24** tari, Castill. controvers. lib. 3. cap. 3. num. 24. Mantic. de tacit. convent. lib. 5. tit. 8. num. 6. quidquid senserit Molin. d. disp. 495. num. 12. si conductor casibus fortui

ii 3

fortuitis renunciaverit. Vide Molin. num. 19. Bossium sup. num. 56. cum seqq. Morl. d.q.1. à num. 19.

²⁵ Alia plura missa facimus, quæ dis-
fusè traduntur per Caroc. de locat. tit.
de remiss. merced. quæst. 8. Tusch. lit. C.
concl. 615. Molin. de iust. & jur. tract. 2.
disp. 493. Bossium pract. tit. de remission.
merced. conduct. Amaya observat. lib. 3.
cap. 3. Pinell. in l. 2. part. 1. cap. 3. C. de rese-
vendit. Valafc. de jure emphyteut. q. 27.
Brit. in cap. Propter sterilitatem, de locat.
Mantic. de tacit. convention. lib. 5. tit. 8. Aug.
Barbos. collect. d. cap. Propter sterilitatem,
& collect. l. Licet, C. de locat. qui plures
cumulavit.

Ad Num. 3.

²⁶ Quando usus rei locatae absque cul-
pa conductoris impeditur, pensio loca-
tori non debetur, atque ideo inqui-
linus si jullo metu belli, pestis, aut cu-
jusque similis calamitatis domum habi-
tare non possit, cum deserere ante tem-
pus pœnitentia locationis, soluta pro
rata pensio, permittitur. Molin. sup.
disp. 493. num. 1. Valafc. quæst. 22. à num. 6.
Mozzius de contractib. tract. de locat. tit.
quib. mod. finiat locat. num. 3. Ant. Gom.
variar. lib. 2. cap. 3. num. 3. Osuald. ad
Donell. lib. 13. cap. 8. n. 3. Morla d. tit. de
locat. quæst. 1. n. 8. Cancer. variar. part. 3.
cap. 6. num. 85. Caroc. sup. num. 80. Bossius
num. 42. Sufficitque metus non vanus,
licet bellum non subsequatur. Molin.
Caroc. & alii.

²⁷ Licet autem inquilinus à domo rece-
dat, peste, aut bello persistente remis-
sio pro parte pensionis fieri debet, si
illam conduxisset, ut tabernam merito-
riam haberet, & forenses pra timore
ad oppidum non accederent. Osuald.
ubi proximè, Cancer. num. 92. Menochi
de arbitrari. casu 440. num. 1. Idem juris
erit, cum inquilinus propera periculum,
& adversitatem migrat in locum tumum,
bonis domi relictis, clavibusque retentis.
Cancer. num. 99. contra Caroc. d. quæst. 8.
n. 14. & 81.

²⁸ Sed si locationis tempore inquilinus
non ignorabat bellum, pestem, vel aliud
malum imminentem, non licet illi recede-
re, nisi integrè pensio persoluta. Can-
cer. num. 91. Valafc. num. 18. Bossius n. 84.
Molin. ubi proximè ubi limitat si bellum,
aut pestis post conductionem præter
spem nimium exasperit.

Ibi: *Ita ut cessante peste non
teneatur.*

Si causa migrandi extinguitur, in ²⁹
quilibus adimplere debet contractum,
pro residuo locationis tempore pensio-
nem exsolvens. Cancer. num. 97. Valafc.
num. 6. Molin. num. 2, qui limitat quando-
res non est integra, veluti si aliud trans-
migravit, ibi permanens, aut ædem
aliatum conduit, cuius locatio nondum
est finita. Idem erit ex parte locatoris,
ut stare contractui teneatur, nisi do-
mum derelictam jam alii locasset, cui
convenit communis sententia docens,
inquilinum expulsum ob supervenien-
tem dominii necessitatem, hac cessante,
audiendum ut ædi restituatur, donec
tempus contractus impleatur. Gregor.
Lop. in l. 6. gloss. 6. tit. 8. part. 5. Molin. dis-
put. 499. num. 11. Tiraquell. tract. causa
cessante, lit. E, num. 103. Vela dissert. 20.
num. 45. Brit. ubi sup. Quod ut in casu
proximo limitandum videtur, cùm scilicet
res integra non est.

Vers. *Imò excepta causà.*

Certi juris est, domino ædis, qui eam ³⁰
locavit, permitti ante tempus conven-
tionis pœnitentia inquilinum ejicare,
si ipsi casu post contractum accidat, ex
quo conducta egeat æde, l. 6. tit. 8. p. 5.
l. Ede 3. C. de locat. & pluribus egi via-
riar. lib. 2. cap. 15. à num. 60. Unde ob vim
correlativorum idei dicendum videba-
tur de inquilino, si aliqua causa super-
veniat, propter quam habitatione uti
non possit, ut ei licet à domo recedere,
non soluta mercede, veluti cùm in aliud
locum necessariò transmigratus est,
ut nuptias contrahat, munusq; ege-
gium adipiscatur, qua propter ampli in-
digeat domo: & ita tenet alios referens
Caroc. tract. de locat. tit. de remiss. mer-
ced. At aliud hinc per D. Covar. doce-
mur, cui adjungendi Molin. disput. 493.
n. 5. Brit. in d. cap. Propter sterilitatem,
§. ult. num. 8. Aug. Barbosa collect. dict.
L'Ede, num. 17. ac pœdiximus d. cap. 15.
num. 65.

Vers. *His vero adjiciam.*

Hæc adnotant Molin. d. disp. 493. n. 1.
in fin. Valafc. de jure emphyteut. q. 22.
num. 6.

An dominus famulū ejicere, aut ³¹
famulus

famulus dominum deserere permittatur
ex supervenienti causa ante tempus,
de quo convenit, disputat Silva de sa-
lar. famulor. quæst. 65. per tot. & num. 14.
cum seqg. negativam sustinet, quam ex
æquitate limitat, si dominus, aut famu-
lus incommodum ex recessu non patere-
tur.

SUMMARIUM.

1. *Judices ecclesiastici, & laici intra limi-
tes propriæ jurisdictionis se continere
dēbent.*
2. *Num exemptio clericorum sit de jure di-
vino, aut positivo, & num. 3.*
3. *Quod causas spiritualis est juris divini.*
4. *Quod temporales à jure ecclesiastico
proveniunt.*
5. *Principis secularis potest coercere clericos
in republica detrimentum delinqua-
tes, si per ecclesiasticam potestatem pre-
monitam non cobiberant.*
6. *Clerici apud infideles habitantes, eorum
temporali potestati omnino subjiciuntur.*
7. *Pontificis jure potuerunt eximere Cleri-
cos à jurisdictione Christianorum Prin-
cipium.*
8. *Principis secularis non valet quicquam
statuere adversus Clericorum immuni-
tatem.*
9. *Otrum Pontifici sit liberum Clericos sub-
mittere temporali jurisdictioni Princi-
pium.*
10. *Quid de Prelatis alii.*
11. *Posset Pontifex abrogare constitutionem
capitis Si quis fudante, 17. q. 4.*
12. *Abrogatio legis justa, licet iniqua sit,
subditus ab eius observatione liberat.*
13. *Licet Clericorum exemptio à jure divino
procederet, Pontifex tamen posset in ca-
sa speciali laico in Clericos jurisdictio-
nem concedere.*
14. *Pontifici non est permitta derogatio, aut
dispensatio iuris divini, sed licet illud
interpretari: & quid de Princeps secu-
lari.*
15. *Consueto jure sustinebitur, quia Cleri-
ci non nullis in causis jurisdictioni laice
potestatis subsunt: non tamen in omni-
bus generaliter.*
16. *Si Clericorum immunitas foret de jure
divino, an omnibus competret.*
17. *Clerici etiam prime Tonsure sunt jure
Pontificio liberis à laicorum jurisdictio-
ne in omnibus causis regulariter.*
18. *Conjugati solum in criminalibus for-
gudent privilegio.*
19. *Clericus in minoribus, si vestes, & ton-
suram, quas dereliquerit, assumpserit,
status recuperabit privilegia.*
20. *Quæ desiderentur hodie ex Tridentino,
ut Clericus in minoribus potiatur fori
privilegio, & de jure nostro regio quid
statuum pro eius observatione.*
21. *Clericus non servans requisita per Tri-
dentinum, nullo clericali gaudeat pri-
vilegio, nisi solum Canonis.*
22. *Facilius derogatur exemptioni Clerico-
rum in minoribus, quæ corum qui
sunt in Sacris.*
23. *An prima Tonsura sit Ordo, remissio.*
24. *Pontifex jure potuit restringere exemp-
tionem Clericorum in minoribus.*
25. *Clericus in minoribus non servans que
sacra Tridentina Synodus precipit, fori
privilegio privatur ipso jure.*
26. *Clericus non observans formam Concilii,
in usroque foro puniri poterit.*
27. *Clericus cum unica & virgine contra-
hens matrimonium, fori privilegio in
criminalibus utitur.*
28. *Desideratur, ut talis clericus honestis
vestibus induitus incedat, & qua cen-
seant honestas.*
29. *Limatur hoc.*
30. *An Clericus si ense accinctus reperiatur,
privilegio fori iuvetur.*
31. *Coniugati clericis an continentur lege
regia, quia cavitur ut clerici in minori-
bus quoad vestes ut Presbyteri se gere-
re debeant.*
32. *Quoties ambigitur an clericus vestes ho-
nestas deserat, ad Judicem Ecclesiasti-
cum spectat cognitio.*
33. *Clericus conjugatus ut fori privilegium
obtinat, probare debet, continuo ve-
stes, & Tonsuram statu conformes de-
tulisse.*
34. *Clericus binas contrahens nuptias, aut
ducens ab alio corruptam, non gaudet
privilegio fori.*
35. *Clericus per matrimonium etiam non
consummatum omnibus status privile-
giis exsultat, excepto fori, & Canonis.
Otrum uxor, & filii clericorum eodem
gaudent privilegio, ibid.*
36. *Quid de vidua Clerici.*
37. *Virginitas in feminis ut qualitas natu-
ralis presumitur.*
38. *Quas vestes gerere debeant Clerici, re-
missive.*
39. *Otrum consuetudine introducipo sit, ut
clericus in minoribus non servans Con-
ciliis dispositionem, fori privilegio in-
veteret.*
40. *Clericus in minoribus, si vestes, & ton-
suram, quas dereliquerit, assumpserit,
status recuperabit privilegia.*
41. *Ut Clericus in minoribus gaudet fori
privile*

privilegio, semestri ante délictum continua debet in Vestibus & Tonsura incedere.

- 42 Clericus qui semel cum virgine contraxit, ac Tonsuram, ac Vestes depositis, si eas soluta matrimonio iteram deferat, cunctis clericis privilegiis restituatur: securus est in bigamo.
- 43 Clericus conjugatus negotiator suo fori privilegio non carebit.
- 44 Clericis negotiatio prohibetur, & quando clericis negotiator reputetur.
- 45 Clerici conjugati, sicut laici tributa exsolvunt, onera publica subeunt, & alia supportant.
- 46 Clerici in minoribus, & prima Tonsura, omnibus clericis privilegiis honorantur. & ante Concilium illis poiebantur, etiæ vestes, & tonsuram non deferrent, nisi præmoniti eas gestare negligenter.
- 47 Exemptio clericorum à gabellis, & contributiōnibus, quas laici solvere tenentur, de jure divino non est, & consuetudo quod ecclesiastici easdem praesent, damnanda non est, accedente Pontificis assensu.
- 48 Adducitur lex 2. tit. 4. lib. 1. Recop. qua cavitur, ut clerici qui in Sacris non sunt, nec beneficium obtinent ecclesiasticum, quasi laici contribuant, & onera sustineant.

CAPUT XXXI.

SAcris Pontificum decretis, necnon Temporalium Principum constitutionibus inter duplex regimini Bra- chium concors discretio frequentissime commendatur, caviturque ut utriusque fori judices terminos proprie jurisdictionis agnoscant, ab extraneis usurpatione abstinentes: quod quantum interfit ad publicam tranquillitatem, non latet; nam sicut quoties luminae magi- jas cum minore confundi per eclipsim contingit, orbis terrarum patitur: simili modo ubi ecclesiastica, & laica potestas (qua illis comparantur, cap. Soli- te 6. §. Preterea, de major. & obed.) falce misla in alienam messiem, perpetram commisceretur, Respublica perniciem perturbationis experitur, de quo sunt jura in cap. Novis 13. de judic. cap. 2. de for. comp. Trident. sess. 25. cap. 10. de reformat. authent. Statutus, C. de Episc. & Cleric. l. 56. & 57. ill. 6. p. 1. l. 4. & 5. tit. 3. lib. 1. l. 3. & 4. tit. 1. lib. 4. Recop. præter alia, quæ D. Covar. memoratur infra, sub num. 3.

Ad Num. 1.

Utrum Clerici immunitatem, ac exemptionem à secularibus Potestatis bus de jure divino, aut positivo obtinuerint, acriter controvertitur, estque pro utraque sententia communis opinio, ut refert Cevall. com. cont. commun. quæst. 550. de qua quæstione omnino videndi in primis Pat. Suar. de defens. fid. lib. 4. cap. 8. & 9. Bobad. Polit. lib. 2. cap. 18. ex num. 16. Cened. Canonig. lib. 1. quæst. 4. Morl. Empor. Jur. sit. 2. q. 12. Molin. de iust. & jur. tract. 2. disp. 31. Joan. Garf. de nobilit. gloss. 9. à princip. Mart. de jurisdict. part. 1. cap. 6. Anafal. Germon de Sacror. immunit. lib. 3. §. 22. August. Barbosa de jur. ecclesiast. lib. 1. cap. 39. §. 2. à princip. & in collect. cap. Ecclesia S. Marie, num. 19. de constit. & cap. Si Imperator, 96. dist. apud quos pluri- mi. Ex quibus appetat, frequentius in eam sententiam Interpretes consentire, ut exemptio Clericorum à jure divino procedat, etiæ contraria etiam sit communis, sartque probabile, ut fateret Barbosa d. §. 2. num. 5. pro qua nonnullos in ista laudabimus. Aliqui pro carum concordia ad distinctionem configunt, in quibus Presul noster, prout ex dicendis apparet. Adde Carlev. de judic. lib. 1. disp. 2. à num. 395. Pontifex est jure divino non exemptus ab omni humana potestate, Carleval. ex aliis n. 400.

Ad Num. 2.

Iustum Gratiani errorem norat Aug. Barbosa collect. cap. Futuram, 12. quæst. 1. de quo etiam D. Covar. Variar. lib. 4. cap. 16. n. 8. vers. Ceterum apud, ubi & nos adiecimus aliqua.

Ibi: Præsertim quod Nicenum Concilium.

De ea Synodo egimus cum D. Covar. d. lib. 4. cap. 15. sub num. 1.

Vers. Contraria opinio.

Privilégio fori, quod Clericis com- petit, ne jurisdictioni temporali subdantur, à Jure positivo Ecclesiastico ori- ginem ducere, cum D. Covar. tement Molin. sup. num. 2. & 6. Cevall. d. q. 550. Morl. num. 6. Paz in Praxi, tom. 2. præ- lud. 2. num. 2. Escob. deratio in. cap. 7. num. 33.

Enucleatus, & auctus. Cap. XXXI. 257

num. 33. Mexia in pragmat. tax. pan. concl. 5. num. 55. Menchac. illusfr. cap. 12. num. 8. Joan. Garf. sup. num. 27. vers. Re- tenta, Bobad. num. 35. Valasc. conf. 106. num. 8. Trullench. in Decalog. lib. 7. c. 12. dub. 5. num. 10. & non pauci, quos refe- rent Cevall. Morl. & Aug. Barbosa d. §. 2. num. 1. Oppositam tamen pro viribus tuerunt Pat. Suar. & Marta ubi sup. Barbosa d. §. 2. à num. 5. Vide Scacc. de ju- dic. lib. 1. cap. 11. à n. 44.

Vers. Prima conclusio

4 Clerici quoad causas spirituales, & ecclesiasticas jure divino sunt exempti ab omni laica jurisdictione. Salgad. de Reg. protœct. part. 1. cap. 1. pref. 3. n. 127. Molin. num. 2. Morl. num. 7. Bobad. n. 32. Joan. Garf. num. 23. Barb. ubi proximè, n. 6. Carlev. sup. num. 397. ubi plurē. Et alii, quos congerit idem Barbosa in d. cap. 8. Imperator, num. 5. De quibus causis nec incidenter judex laicus valet cognoscere Bobad. cum aliis d. cap. 18. num. 34.

Vers. Secunda conclusio.

5 Clericus in temporalibus non est exemptus à seculari potestate Jure Di- vino, sed Pontificio; illi tamen valde consentaneum censetur, ut nec in causis profanis, seu temporalibus cleri- ci per laicos queant judicari. Molin. de iust. & jur. tract. 2. disp. 31. num. 7. Barbosa de jur. eccles. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 7. Morl. d. tit. 2. quæst. 12. n. 11. Joan. Garf. de Nobilit. gloss. 9. ex n. 16. Et quod juri divino conforme appetat, de illo esse dicitur. Mart. de jurisdict. part. 1. cap. 6. n. 15. sed non propriè, ut ait Pat. Suar. d. lib. 4. cap. 9. n. 19. Et pro conclusio- ne præcipua vide laudatos sup. n. 3. & Carleval. ubi proximè.

6 Observat Molina num. 10. ex Victo- ria, & Soto, quod si exemptio Clericorum ceteret in communitatibus existim, & Republica detrimentum, & Summus Pontifex exortatus criminalios Ecclesiasticos cohibere negliceret, licebit Principi temporali suos tueri subditos adversus illos, privilegio exemptionis non obstante.

7 Præterea Clerici commorantes in regnis Infidelium, Principum potestati in causis civilibus, ac criminalibus sub- jiciuntur; imò & in foro interno justa tributa, ut alii solvere tenentur. Molin. num. 12. Suar. d. lib. 4. cap. 8. num. 2. Al- D. de Faria Covar. Enuc.

bret. Pighius lib. 7. de Ecclesiast. Hierarch. cap. 7. Vide Suar. cap. 11. num. 16.

Ad Num. 3.

Jure potuerunt Summi Ecclesiast. Pra- fuses eximere Clericos à jurisdictione temporalium Principum Christianorum abique ipsorum ascensu. Molin. d. disp. 31. num. 9. Barbosa sup. §. 2. num. 7. Morl. num. 9. Bobad. d. cap. 18. n. 33. Suar. sup. cap. 8. num. 5. & latè disputans cap. 3. & 11. per tot. Car- leval. d. disp. 2. n. 397.

Ad Num. 4.

Princeps Secularis quidquam non 9 poterit statuere in derogationem exem- ptionis Clericorum, & si quas leges ita considerit, viribus non subsistent. Suar. de defens. fid. lib. 4. cap. 30. num. 6. Morla sup. n. 10. Mart. de jurisdict. part. 1. cap. 34. n. 31. Menchac. de succel. creat. §. 12. lim. 17. in fin. Bobad. cum pluribus diet. cap. 18. n. 245. Trullench. ubi sup. Sancti. Conf. Moral. lib. 2. cap. 4. dub. 49. num. 4. quod ampliatur etiæ privilegium à Princi- pe seculari fuisse concessum. Suar. cum aliis num. 7.

Vers. Primum etenim.

Summus Pontifex nequit in univer- sum, & generaliter Clericos jurisdictio- ni seculari submittere, quod per- sonas omnes, vel causas; non tam pro- habet fori exemptionem coarctare re- spectu alieijus specialis causarum ge- neris, aut personæ Ecclesiastice, per- mittens seu jubens, ut de illis laicus Judex cognoscat. Suar. sup. cap. 9. num. 25. & cap. 30. num. 18. & 20. Salgad. n. 131. Tiraq. de retract. lignag. §. 4. gloss. 1. n. 16. Bobad. Polit. lib. 2. cap. 18. num. 45. Mart. de jurisdict. part. 4. eas. 64. num. 4. & 18. Argel. de legit. contrad. quæst. 3. num. 182. Scaccia de judic. lib. 11. cap. 11. num. 92. Farin. in praxi, quæst. 18. num. 4. Decian. trac. crimin. tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 66. Parlad. different. 9. §. 1. num. 31. Scaccia de judic. part. 1. cap. 11. num. 43. vers. Hoc tam- men, Azeved. in 1. num. 2. sit. 4. lib. 1. Recop. Carol. de Graff. de effectib. cleric. ef- fect. 1. num. 14. Paz in praxi, tom. 2. præ- lud. 2. num. 2. Quod verum est adhuc in causis merè spiritualibus, omnemque jurisdictionem exercere laicus potest ex delegatione Pontificis, velut excom- municationis sententiam ferre, à cen-

K k suris